

Comment. In Danielem

Et fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem. Poterat Deus efficere, ne in fornicem hi tres pueri mitterentur. Sed maius ac mirabilius beneficium fuit in eam mitti, sed ab igne nullo modo lacerdi. Eodem modo potest Deus facere, ne viri iustitia & pietate praestantes incident in calamitatem, at multo illustrius & praestantius beneficium confert in illos, cum affligi permititur, sed illis patiētiam & gratiam largitur, ne à calamitatum flaminis offendantur. Ut ilius est tolerantiam habere in ærumnis, quam ipsis liberari. Ac ut

August. veribus viarum diuini Augustini: Diuina bonitas ideo maxime irascitur in hoc seculo, ne irascatur in futuro, misericorditer temporalem adhibet feueritatem, ne æterna iulie inferat. Hæc ille. Ex quo colliges viles esse tyrannos, quorum immanitas

Similitudo. piorum patientia exerceatur. Ut hyenæ felis & alia ferarum venenatarum partes aduersus graues, periculoos, ac diuturnos morbos vim habent, illosque depellunt, sic crudelium tyrannorum immanitas, & flagitiorum hominum fraudes & malevolentiae remedia sunt aliquando multis

Similitudo. incommodis talutaria, quibus Deus visitatur, ut multorum aegritudinibus animi mediatetur. Et ut nulla medicamenta que vulneribus adhibentur, tam acerbum afferunt dolorem, quamque sunt salutaria, sic impiorum malitia & caliditate, quibus viri pripius maxime torquentur, admirabilem illis celestis medicus adhibet medicinam. Aspicis hoc loco, quād vitis fuerit tribus pueris tyranni, & satellitum eius immanitas, qui ad Deum ardenter aspirarunt in calamitatibus suis, à quibus fuerunt mirabiliter liberati. Sed quærunt hic nonnulli, quomodo flamma ignis his pueris non nocuerit. Respondendum puto, in circuitu fornacis per orbem esse flammam, que illis introeuntibus vincula dissoluit & consumpsit, at enim hoc loco scriptura, eos ambulasse in medio ignis ardentis. At in medio magnæ illius fornacis ubi ipsi ambulabant, non erat ignis, quia vi hic ait Daniel, excusserat eum angelus de fornicate, sed erat singularis ac iucunda refrigeratio, & lenis ac placidus

auræ flatus, & quasi zephyrus suauiter spirans, quem Latini fauonium vocant. Id factum fuit angelii ope, sed præcipue diuina virtute & voluntate. Sunt tamen, qui assueranter affirment fuisse etiam in medio fornacis ignem, nec fuisse exclusum, nec extinctum, nisi quod ad eius actionem quæ suspensa fuit à corporibus puerorum. Nam etsi ignis eos rangebat corporaliter, non tamen physicè, ut eorum vias verbis, quia actionem in illis non exercet. In hac sententia est Albertus Magnus, quem sequitur Dionysius Carthusianus eius imitator. Vraque opinio est probabilis, prior tamen videtur literæ conuenientior.

Albert.

Dionys.

Benedictus es domine Deus patrum nostrorum, & laudabilis, & gloriōsus, & superexaltatus in secula. Et benedictus nomen gloriae tue sanctum, & laudabile, & superexaltatum in omnibus seculis. Benedictus es in templo sancto glorie sue, & superlaudabilis, & supergloriosus in secula. Benedictus es in throno regni tui, & superlaudabilis, & superexaltatus in secula. Benedictus es in firmamento celi, & laudabilis & gloriōsus in secula.

Benedictus es domine. Plena sunt verbæ hæc ardentissimo erga Deum amore, quo incensi hi tres viri ob innocentiam pueri nuncupati querunt nomina, quibus possint Deum mirificis laudibus celebrare. Eam ob causam eum vocant benedictum, laudabilem, gloriōsum, superexaltatum in secula. Appellari Deum benedictum frequenter inuenies in literis diuinis. Psalmo quadragesimo: Benedictus dominus Deus Israel à seculo, & usque in seculum. Psalmo centesimo trigesimo quarto: Benedictus dominus ex sion, qui habitat in Ierusalem. Luce primo: Benedictus dominus Deus Israel, quia visitavit, & fecit redemptionem plebis sue. Chrysostomus in Genesim summam esse omnium bonorum ait esse benedictum. At hi tres pueri non contenti Dei gloriam & dignitatem hoc tantum attributo

Psal. 40.

Psa. 34

Luc. 1.

Chryl.